



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

Dominica quinta

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52716)

Deo, & virtute uti liberum, ita & ardentissimum.

Instructio meritoria.

Humilis & fugientis Jesu ut simus discipuli, eum comitemur recitantes Psalmum: *Confitemini Domino, quoniam bonus &c.* cum 12. *Pater & Ave* in honorem 12. graduum perfectæ humilitatis. Fili! regia via ad honores est contemptus honorum.

Dominica V. Quadragesimæ
feu
Passionis Dominicæ.

EXHORTATIUNCULA I.

Vexilla regis prodeunt, fulget Crucis Mysterium! jam procul cum jocis, & levitatibus sæculi! oculi & sensus sint in Jerusalem! pergamus: Et en! inveniemus Jesum virum dolorum, leprosum, & omnium despectissimum. Fili! ad amores igitur! ad compassionem!

Instructio meritoria.

Fugiamus publicum, & in occulto,
ac

ac solitudine sancta tandem stringamus Crucifixum. Hunc transeuntes adoremus medio flexo poplite, & salutemus illô amoris suspiriô : *Amor! non amaris? amabo te.* Recitetur hymnus ex Vesperis : *Vexilla Regis prodeunt,* Prodeant & in nostris moribus.

II.

DÆmonii incusatur Jesus. Quanta calumnia! quid responderet Christus? *Non habeo.* Quàm mitis hæc responsio! respondisset alius : Impii Judai! vos habetis! vos ex patre diabolo estis! non sic Christus. Ut discamus, malum pro malo non reddere. *Fiat!*

Instructio meritoria.

Pro omnibus offendentibus nos, vel persequentibus offeramus hodie Rosarium de septem doloribus. Sic injurias vindicant devoti Christo famuli.

III.

Tollunt Judai lapides, ut jacerent in Jesum. Quid mali fecit: veritatem dixit; ipsi autem mentiti sunt ei. O ingratitude! sic impius, cùm in
pro-

profundum venerit, contemnit, & insultat Redemptori, Servatori suo. Quid nos? fili! è quorum sumus numero?

Instructio meritoria.

Condoleamus, & pro tanta perfidia satisfaciamus recitandò 33. *Pater & Ave.* In fine jungamus *Te Deum Laudamus.* Honore redimendus est ablatu honor.

Dominica VI. Quadragesimæ
feu
Palmarum.

EXHORTATIUNCULA I.

TAndem ingredimur scholam Passionis Dominicæ, & Theatrum omnium virtutum. Ecce! hinc humiliavit Deus semetipsum factus obediens usque ad mortem; mortem autem Crucis. O quanta demissio! & hæc Deus: Quid jam statuat peccator?

Instructio Meritoria.

Obedientia, & humilitas Christi ut operetur in cordibus nostris, usque ad confessionem proximam tres actus humili-